

Hugo Grotius

## **Incomparabilis Viris Hugonis Grotii Patris Patriae Alloquium Ad Arcam, Qua e carcere elatus est**

[S.l.], [ca. 1630]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757653979>

Druck Freier  Zugang



Cg-2243

[ca. 1630?]

*Wm JH*  
INCOMPARABILIS  
VIRI  
HUGONIS GROTII  
PATRIS PATRIÆ  
ALLOQUIUM  
AD ARCAM,

Quâ è carcere elatus est,

*Editum*

EX MUSEO

JOACHIMI MORSI,



*Invidiam virtute, malum bonitate, favore,  
Ofores vincam, spe precibusq; Deum.*

*B 6 - 30382*



SIMON SIMONIDES  
IN  
IOSEPHO CASTO.



**V**irtus, honorum ô Domina Virtus omnium ;  
Quanta est potestas, quanta majestas tua!  
Tucui ades ; per ignium, per ensium  
Aciam obviam, securus iter invenerit.





HUGONIS GROTI  
ALLOQUIUM  
AD ARCAM.



Ulces latebræ temporis domus parvi  
Angusta, laxo quæ viam facis cœlo,  
Clausum parumper Spiritum manumit-  
tens;

Opus quod ægrè congregum manu multa  
Interquiescens pertulit ferus miles,  
Tandemque cæcum tradidit rati pignus  
Lati vehendum Vahalis impetu prono:  
Quas arca grates, quas tibi feram laudes?  
Tibi fugata victa servitus cessit,  
Tolerata septem post biennium menses.  
Quod celsa tueor ostia libero vultu,  
Quod durus aures non ferit seræ stridor,

A 2

Obi

Obicesque multi barbarique custodes:  
Sed læta turba comiter salutantum,  
Blandique amici, tineta literis corda,  
(Qualis THUANO quo probatior nemo  
PUTEANUS, & mens erudita TILENI)  
Fastidiosas ire non sinunt luces:  
Tibi hæc & si quid est aliud boni nobis,  
Et si quid ultra restat, arca, debemus,  
Quæ merita verbis si liberet æquare,  
Opus tot esset, ferre quot soles, libris.



Eius-



EIUSDEM

SCAZONTES  
DE CARCERE SUO.



**Q**uos matris alvus carcer edit,  
in lucem,  
Queis corpus animum more car-  
ceris vincit,  
Quos morte functo terra carcer  
expectat,  
Nunquam nimis timere carce-  
rem debent.



A 3

SIMON

Obicesque multi barbarique custodes:  
Sed læta turba comiter salutantum,  
Blandique amici, tincta literis corda,  
(Qualis THUANO quo probatior nemo  
PUTEANUS, & mens erudita TILENI)  
Fastidiosas ire non sinunt luces:  
Tibi hæc & si quid est aliud boni nobis,  
Et si quid ultra restat, arca, debemus,  
Quæ merita verbis si liberet æquare,  
Opus tot esset, ferre quot soles, libris.



Eius-



EIUSDEM  
SCAZONTES  
DE CARCERE SUO.

¶ Uos matris alvus carcer edit,  
in lucem,  
Queis corpus animum more car-  
ceris vincit,  
Quos morte functos terra carcer  
expectat,  
Nunquam nimis timere carce-  
rem debent.



SIMON SIMONIDES  
DE  
SPLENDIDA MISERIA  
AULICORUM ET CURIALIUM

**M**isera fortuna: ò misera magnatium,  
Felicitas: quis te expetendam censeat!  
Quisve invidendam? nisi fatuus & insciens;  
Colore quæ externo beatitudinem,  
Mentiris; intus sorde putrescis mera:  
Hæc namque pectora, quæ videntur splendidum  
Quiddam nitere; auro, atque purpura super  
Intecta; forte si reclusa quispiam  
Aperiat, aut oculis penetret Lynceis;  
Cruciatuum, laniatum, tumultuum  
Inveniat officinam; & incudem affatim  
Plagis dolatam: quippè pluribus domi  
Ut imperemus; servandum ultrò est foris;

Dom-

Dominiq<sup>3</sup> majores ferendi ingratiis.  
Porrò, ipsa ea imperatio, non fit sine  
Summo labore, molestiaq<sup>3</sup>. siue enim  
Humanitate utàre, & indulgentia;  
Licentia viam instruas: siue potius  
Severitate; odio atque contumaciae.

Omnino hominibus praeesse difficillimum est.  
Neque pecudum ulla gens, ita intractabilis  
Habetur; atq<sup>3</sup> homo. quae enim unquam armenta, vel  
Boum, vel aliarum id genus gregum, suis  
Pastoribus, inimica visa, audita ve  
Sunt! ut vel insidias inisse; vel necem  
Patrasse; vel novasse dirum quippiam  
Sategerint! imò, & quò eas direxerit  
Opilio, eunt: & quae viret a pascere  
Ostenderit, pascuntur; & quibus locis  
Arcuerit, absistunt; fruiq<sup>3</sup> commodis,  
Et usibus suis, placidè & ultro sinunt.  
Quorum omnium, contrariam sententiam,  
In homine videas &c.





CASP. PEUCERUS  
DE INCARCERATIO-  
NE SUA.

**S**unt hominum casus varii, multumque feren-  
dum est,  
Et sensus hominum sunt etiam varii.  
Fac tua, fide Deo, perfer toleranda, taceque,  
Vindictam tacito pectore mitte Deo.  
Carcer & invidiæ rabies, injuria, livor;  
Hæc ratione tibi nil nocuisse queunt.







Dominiq<sup>3</sup>, majores ferendi ingratiis.  
Porro, ipsa ea imperatio, non fit sine  
Summo labore, molestiaq<sup>3</sup>. siue enim  
Humanitate utare, & indulgentia;  
Licentia viam instruas: siue potius  
Severitate; odio atque contumacia.  
Omnino hominibus præesse difficillimum est  
Neque pecudum ulla gens, ita intractabilis  
Habetur; atq<sup>3</sup> homo. quæ enim unquam ar-  
Boum, vel aliarum id genus gregum, suis  
Pastoribus, inimica visa, audita ve  
Sunt! ut vel insidias inisse; vel necem  
Patrassè; vel novâsse dirum quippiam  
Sategerint! imò, & quò eas direxerit  
Opilio, eunt: & quæ vireta pascere  
Ostenderit, pascuntur; & quibus locis  
Arcuerit, absistunt; fruiq<sup>3</sup>, commodis,  
Et usibus suis, placidè & ultro sinunt.  
Quorum omnium, contrariam sententiam  
In homine videas &c.

os (X) os

os

